



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa
Canonica Deductus**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1708

549. An Capitulum possit unum eundémque constituere Vicarium
generalem tam in temporalibus quàm spiritualibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)

Vicariis natis, poteruntque illa exercere non secus tunc quam vivente Episcopo; cum non debeant esse deterioris conditionis sede vacante quam eam plenam. Pax Jord. *loc. cit. n. 5.*

3. Sed administratio jurisdictionis pro illo tempore residet penes totum Capitulum, potestque illud per seipsum eam exercere toto illo spatio, sicut antiquitus poterat pro toto tempore vacantia. Pax Jord. *n. 4.* Barbof. *cit. n. 29.* citans seipsum *de off. & potest. Epif. p. 3. allegat. 59. n. 163.* Rague. *de voce can. in capit. q. 37. n. 2.* Zerol. *in pr. p. 1. v. capit. §. 3. & c.* Addit tamen Barbof. *n. 31.* quod possit tunc administrare per se successive.

Questio 346. Num Capitulum sede vacante possit, & teneatur existentem Episcopi Vicarium generalem confirmare, seu potius assumere in suum Vicarium?

Resp. potest Capitulum, uti & Metropolitano in casu negligentia Capituli, Vicarium generalem Episcopi desuncti confirmare, seu constituere suum Vicarium, modo habeat qualitates à Tridentino in Vicario Capituli requisitas, ita ut si eas non habeat v. g. non esset Doctor, electio seu deputatio illius sit nulla. Pignat. *tom. 7. consult. 4. n. 9* juxta decif. S. Congreg. Non tamen tenetur illum constituere suum Vicarium. Sbroz. *de off. Vicar. l. 1. q. 60.* citatis plurimis contra Beronium *cons. 23. n. 7. volum. 1.*

Questio 347. An Capitulum possit duos simul deputare Vicarios?

Resp. Potest Capitulum constituere Vicarios plures (intellige æque principales, ut expressè Pirh.) quantum est de jure communi. Fagnan. *in c. his que de major & obed. n. 68.* Pirh. *ad tit. de off. vicar. n. 37.* præsertim ubi diæcesis est amplior, non enim in hoc minus potest, quam Episcopus. Pirh. *loc. cit.* is verò constituere potest plures Vicarios. Sbroz. *l. 1. q. 50. n. 3.*

2. Potest quoque hodie admodum adhuc, ubi sic habet, & probatur consuetudo immemorialis, Capitulum constituere plures Vicarios, dummodo iis præditi sint qualitatibus, quas in tali Vicario requirit Tridentinum Fagn. *loc. cit.* Barbof. *n. 33.* Ventrigl. *Pirh. l. cit.* referentes sic expressè & sæpe declaratum à S. Congreg. Trid. puta, in una Terentina, de qua Fagn. & in altera Panormit. 31. Maij 1592. de qua Barbof. Atque ita in vim talis consuetudinis deputari possunt duo vicarii in solidum, vel ut alternis mensibus vicariatus munere fungantur. ut S. Cong. in illa Panormit. Pirh. Barbof. veletiam ita, ut deputetur unus pro urbe, alter pro reliqua diæcesi, seu foraneus, Ventrigl. Barbof. *l. cit.* vel unus generalis & alter pro Monialibus, ut Ventrigl. uti etiam testatur Pax Jord. *l. 12. tit. 12. n. 9.* Patriarcham Venerum habuisse Vicarium unum generalem, alterum pro Monialibus, & idem de Archiepiscopo Neapolitano Quaranta apud eundem Pax Jord. Atque ita Carol. de Luca *n. 12. ad Ventrigl. annot. 15. §. 2.* simpliciter ait, posse Capitulum sede vacante Vicarium Monialium constituere, ubi Episcopus vivus separatum pro iis deputabat. Quod si tamen consuetudo haberet ut electio, vel deputatio fieret de gremio Capituli, & bini, vel singuli per singulos menses administrarent observando ordinem, si Canonici omnes non essent Doctores, vel

Licentiarum, & haberi possent alii, qui essent Doctores, non valeret talis deputatio seu electio. Garc. *loc. cit. n. 10.* & ex eo Ventrigl. juxta expressam S. Congreg. declarationem *ad cit. loc. Tridentini*, quam recitat Garcias.

3. Hodiedum tamen post Tridentinum independentè à tali consuetudine non potest Capitulum deputare, nisi unum Vicarium Capitularem. Pirh. Fagn. Ventrigl. Barbof. *l. cit.* Dian. *p. 8. tract. 4. resol. 61.* citantes Nozar. *in sum. Bullar. v. capit. sed. vac. n. 15.* qui etiam testetur, sic determinasse S. Cong. Concil. Loquitur enim Concilium *cit. sess. 24. c. 16.* in singulari, & injungit Capitulo, ut sede vacante deputet œconomum unum, vel plures, & eligat Officialem seu Vicarium. atque ita, ubi facit mentionem de electione Vicarii, non repetit illam distinctionem plures. Fagn. *loc. cit.* nihilominus plures, nullam fecit à mentione consuetudinis, adeoque etiam independentè ab hac Capitulum posse deputare vicarios simpliciter tenent Sbroz. *l. 1. q. 50. & 60. n. 3.* Garc. *p. 5. c. 7. n. 36.* citans Pavin. *p. 2. q. 10. n. 6.* Zechum. Auton. Genuens. & c. Item Molin. *de just. tract. 5. d. 11. n. 1.* apud Barbof. atque Garcias, sic videri sentire S. Cong. & Concilium loqui quidem in singulari; quia regulariter non solet poni nisi unus vicarius, non tamen tollere, quando plures esse possent Vicarii, & dispositionem loquentem de uno locum habere in pluribus, quando eadem est ratio in illis juxta gl. *in c. compromissarius. de elect. in 6. v. compromissarius.* Declarationem verò S. Congreg. (quæ in contrarium adducitur) loqui in casu, quando Capitulum volebat unum ponere, & in controversia fuerunt plures assumpti, quàm duo; eò quod non conveniat esse tot Vicarios, vel etiam quando unus habebat qualitates requisitas à Concilio, alii verò non.

Questio 348. Quid ergo circa hanc pluralitatem Vicariorum possint plura Capitula ecclesiarum sibi unitarum?

Resp. dum duo sunt Episcopatus uniti, & unusquisque suum habet Capitulum, & Cathedralium, unumquodque Capitulum potest suum Vicarium Capitularem deputare juxta formam concilii. Ventrigl. *loc. cit. n. 17.* citans Quarant. *in sum. Bullar. v. Capitulum. sed. vac. in append. fol. 523.* Pax Jord. *l. 12. tit. 2. n. 10.*

Questio 349. An Capitulum possit unum eundemque constituere Vicarium generalem tam in temporalibus quàm spiritualibus?

Respondet affirmativè Azor. *p. 2. l. 2. c. 37. q. 18.* citans clem. 1. & c. 2. de heretic. & Pavin. *p. 2. q. ult. Rebuff. in pr. tit. de devol. n. 62.* Verum de hoc dubitari posset; cum præter Vicarium alium constitui disponat Tridentinum *cit. sess. 24. c. 16.* juxta quæ ait Barbof. *jur. eccl. l. 1. c. 46. n. 7.* sede Episcopali vacante est ab ipsius ecclesiæ Capitulo, vel eo negligente, à Metropolitano œconomus constituendus, œconomi autem officium sit, ut idem Barbof. *loc. cit. n. 8.* res omnes ecclesiæ fideliter administrare, & gubernare tanquam ecclesiæ patrimonium, & fructus ecclesiæ fideliter exigere, dispensare, augere & c. adeoque videatur ad illum spectare administratio in temporalibus, præsertim quò ad bona episcopalia, redditus & fructus.

Questio